

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 228. Nullus Sacerdos, etiam regularis (extra mortis articulum)
confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, potest audire, nisi aut
Parochiale Beneficium, aut ab Episcopo per examen (si illi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

funt, in quibus compertum est (ait Cardinalis Palavicinus Histor. Concil. Trid. l. 12. c. 11. n. 2.) *lucifere curvis Sacerdoti quilibet a peccatis quibuslibet absolvere*. Et, si Navarro credimus (in cap. placuit de penit. dist. 1. n. 1. & seqq.) *hujusmodi libertatem perdurasse usque ad tempora Urbanii II. a quo fuit interdicta*. Ex eo itaque quod nulla sit, nec unquam fuerit reservationis species pro articulo mortis, aperta est illatio Concili, totam potestatem Ordinis pro articulo manere in tota libertate, amplitudine, & universalitate, in qua fuit in primis Ecclesiae ineunabilis. Si ergo in illis quilibet Sacerdos, absque ulla speciali auctoritate cura, & approbatione, etiam praesente Episcopo, vel Parocho, validè & licite potuit ubique quoscumque fidèles a quibuscumque peccatis & censuris absolvire, sequitur (ex iliarione Concilii) in articulo mortis, etiam hodie, quilibet Sacerdotem, absque ulla speciali amarum cura, & approbatione, id, validè & licite posse, etiam praesente Episcopo, Parocho, vel approbato. Nullum quippe pro tunc omnino est impedimentum, nulla restrictio, nulla limitatio, nulla reservatio, secundum Concilium. Ego potestas cuiuslibet Sacerdotis, pro tunc, est absque ullo impedimento, absque ulla restrictione, limitacione, reservatione, &c. Tam proinde ampla, libera, & universalis, quam primitus fuit. Vide tamen dicenda infra n. 2739.

Solvuntur objectiones.

Objecies 1^o. quando Tridentinum dicit, fin galos Sacerdos in articulo mortis absolvere posse quoscumque penitentes, à quibuscumque causis, &c. non condit jus novum, sed explicat antiquum, in Ecclesia semper custoditum, ut patet ex his verbis: *custoditum in Ecclesia semper fuit*, &c. Atque ius antiquum non permisit moribundis, absolviri a simplici Presbytero, nisi absente Episcopo, ut constat ex can. *Presbyter 26 q. 7. Presbyter, in coniunctu Episcopo, non reconcilietur penitentem, nisi absente Episcopo, ultima necessitas cogat*.

Respondeo negando minorem, quia iure antiquo, nulla unquam reservatio fuit in articulo mortis, ut Coacilium Tridentinum perspicue declarat. Nec contrarium est canon *Presbyter*, ut pro expressè agens solùm de foro externo. Loquutur enim de publicè & notoriè excommunicato, cuius reconciliatio, ob publicum scandalum, & commotionem totius civitatis, ante absidem seu atrium Ecclesie publicè facienda erat. Ita Magister Sentent. in 4. dist. 20. Quia ergo peccator ille crat excommunicatus non toleratus, reparatio scandalis postulabat, ut consulereetur Episcopus si aderat, & tempus permittebat.

Objecies 2^o. Bonifacius VIII. extrav. commun. l. 5. tit. 10. c. 1. reservata sibi aliquà excommunicatione, decernit, quod taliter excommunicatus, à nullo, absque speciali mandato, absolvit possit: *nisi forsitan ad nos habere accessum non potest, in mortis articulo constitutas*. Ergo ne quidem in articulo mortis potest, si accessum habere possit.

Respondeo negando consequentiam. Neque enim Bonifacius ibi vult, in articulo mortis excommunicationem à se latam manere reservatam in foro interno, sed in foro externo, ita ut inferior Sacerdos ab ea in foro externo absolvere non possit, si ad Pontificem sit accessus. Si autem pro tunc non sit accessus, sed contingat moribundum convalescere, servanda est generalis regula, ab eodem Bonifacio VIII. sancta cap. eos qui de sent. excom. in 6. juxta quam in articulo mortis absolutus à censuris reservatis, à non habente alias potestatem in reservata, tenetur postea, si convales-

cat, sistere se Superiori reservanti, vel ejus delegato, non ut rursus absolvatur, sed ut mandatis ejus parere (alias in eandem censuram reincident, ut ibi habetur) nam ut S. Thomas ait q. 8. Suppl. a. 6. non potest, quid (in articulo mortis) *absolutus ab excommunicatione ad Judicem vadat* (qui alias absolvere potuerit) *absolutionem petent, sed satisfactionem offerens*. Absolutus tamen, in articulo mortis, à casibus reservatis per simplicem Sacerdotem, seu approbatum, alias non habentem potestatem in reservata, non tenetur postea se sistere Superiori. Quia directè absolutus est à reservatis, ab eo qui directè tunc habebat in causis illis potestatem. Nec absolutus est cum onere, prout in superiori casu. Quia onus istud nulli statuitur.

Objecies 3^o. potestas absolvendi quoscumque peccatis & censuris, in articulo mortis, concessa non est cuilibet Sacerdoti, nisi ob necessitatem: *ne quis pereat*. At praesente approbat, vel potestatem in reservata habente, nulla est necessitas ut id fiat per simplicem Sacerdotem, neque periculum est *ne quis pereat*.

Respondeo ut supra, Ecclesiam quidem ob necessitatem, pro eo articulo, absoluuisse ab omni reservatione; rationem tamen immediatam, ob quam Sacerdos id potest, non esse necessitatem, sed quia nulla tunc est reservatio, nullum impedimentum, nulla restrictio, vel limitatio potestatis in Ordinatione accepta, qua proinde tam manet cum tota sua amplitudine & universalitate in simplici Sacerdotio, quam in approbato, vel alias potestatem in reservata habente.

Objecies 4^o. Rituale Pauli V. sic habet: *se potesticulum mortis immineat, approbataque defti, quilibet Sacerdos poterit à quibuscumque censuris & peccatis absolvire*.

Respondeo Rituale Pauli V. id ibi afferere quod à Doctribus omnibus absque controversia receptum est, praescindendo ab eo quod controversum est. Affirto vero nostra, tametsi evidenter, ut nobis videtur, in Tridentino fundata, est nihilominus inter Doctores adeò controversia, ut videatur communis contra communem. Et quamvis Doctores ei contradicentes videantur equivocatione, decepti, putantes Tridentinum loque pro solo caso necessitatis, cum ita non sit (ut vidimus) quia tamen eorum authoritas nonnulli incertit dubitationis, & in ea dubitatione non potest esse nimis magna securitas, ubi periclitatur aeternitas: & aliud nec charitas, nec prudenter permittit aeterna salutis aleam committere vel minima intentiu duci: nec pro probabilior aut probabilissima opinione (ubi de valore Sacramentorum maximè necessarii agiur) ponit in tuto salutem, si à parte rei falsa sit, ut ille potest (neque enim contraria opinioni ob gravium Patronorum multitudinem negare possumus aliquam), sicutem ab extrinseco probabilitatem) idcirco in praxi caueat simplex Sacerdos, praeterea approbat vel Parocho, moribundum absolvire, caueat etiam moribundus ipsi confiteri. Neque enim id opimimodè securum est, licet videatur tam clare à Tridentino traditum.

C A P U T C C X X V I I I .

Nullus Sacerdos, etiam regularis (*extra mortis articulum*) confessiones secularium, etiam Sacerdotum, potest audire, nisi aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopo per examen (suum videbitur necessarium) approbationem obtineat.

I Ta statua Tridentina sess. 23. c. 15. privilegii (inquit) & confuetudine quacumque, etiam immemorabilis, non obstantibus. Unde Sequitur 1^o. ceclare hodie varia privilegia Regis

gularium, quibus ipsis (injuste ab Episcopo re-
cusatis) per Clementinam dadum de privilegiis,
aliasque SS. Pontificum Constitutiones, conce-
sum erat secularium confessiones audire: utpote
præsentí Decreto Concilii Tridentini abrogata.

²⁷⁰⁸ Sequitur 2°. etiam Lectores & Graduatos in
Theologia huic legi Tridentini subiectos esse, ut
6. Augusti 1571. declaravit Pius V. Constitutione,
qua incipit, *Romanii Pontificis.*

²⁷⁰⁹ Sequitur 3°. Episcopi approbationem non re-
quiri ad audiendas confessiones Regularium. Cum
Tridentinum eam solum requirat ad audiendas
confessiones secularium.

²⁷¹⁰ Sequitur 4°. Episcopi approbationem non re-
quiri in habentibus Parochiale Beneficium: up-
to te qui à Tridentino excipiuntur. Ipsi tamen per
suam institutionem in Parochios, solum accipiunt
ordinariam jurisdictionem audiendi confessiones
in Parochia sua; non in tota Diœcesi. Nec cen-
setur pro tota Diœcesi approbat, nisi quatenus
idonei censentur, ad audiendas in tota Diœcesi
secularium confessiones, accedentes Parochorum
consensu (quo consensu, secundum declarationem
SS. Pontificum, non indigena Regularis privilegia-
ti) per confessum namque Parochorum delegatam
accipiunt jurisdictionem audiendi confessiones in
Parochiis ipsorum, ubi sic habet consuetudo per
Episcopum approbata; prout sic habet in Belgio.
Alias quippe Parochiale Beneficium nullum ipsis,
nisi in Parochianos suos, tribuit jurisdictionem.

²⁷¹¹ Et quia cessante titulo jurisdictionis, cessat ju-
risdictione, statimaque Parochus definit esse Paro-
chus, jurisdictionem ad audiendas confessiones
habere definit, nisi forte prius ad eas audiendas
approbat fuisse independenter à Beneficio Pa-
rochiali. Ita cum communis Barbofa in Trid. scil.
23. c. 15. n. 21. & p. 2. de offic. & potest Episc. al-
legat. 25. §. 16. ad id referens declarationem S.
Congregationis Concilii Tridentini.

C A P U T C C X X I X .

*Unius Episcopi approbatio non sufficit ad hoc ut
Sacerdos, etiam Regularis, secularium con-
fessiones ubique audire possit.*

²⁷¹² A Scertio certa est 1°. quia, cum Innocentius
X. ad initianam Episcopi Angelopolitanum,
per S. Congregationem Cardinalium, ad id spe-
cialiter deputatorum, in iudicio contradicitorio
anno 1643. examinari jussisse varias questiones,
quas inter nona erat: utrum Regularis quicunque
etiam Societas Jesu, possit administrare Sacra-
mentum Penitentie secularibus, sine licentia Episco-
pi Diœcesani. Si in alia Diœcesi approbatus sit. Con-
gregatio respondit: Regularis, etiam Societas
Jesu, in sua Diœcesi ab Episcopo approbatos, ad
confessiones secularium audiendas, nequam pos-
se, in alia Diœcesi, huiusmodi confessiones audire.
Quam resolutionem Innocentius X. per Decre-
tum, quod incipit, *cum sicut*, autoritate Apo-
stolica confirmavit, observarique præcepit ab omni-
bus Regularibus, etiam Societas Jesu, non ob-
stantibus privilegiis, sub quacumque forma & te-
nore concessis.

²⁷¹³ 2°. S. Congregatio Cardinalium, anno 1659.
ab Alexandro VII. specialiter deputata, haec pro-
positionem: *Regularis Ordinum Mendicantium,*
semel approbati ab uno Episcopo, ad confessiones au-
dendi in sua Diœcesi, habentur pro approbatis in
alii Diœcesibus, nec novâ indigent Episcoporum
*approbatione: declaravit falsam, & salutis anima-
rum perniciosem.* Eamque declarationem Alexander
VII. per Breve ad Episcopum Andegavien-
seni, auctoritate Apostolica confirmavit; atque
à cunctis tenetam, & in praxi observandam,
iob grayibus penitus mandavit, non obstantibus
quibuscumque contrariis.

^{3°.} Clemens X. in Constitutione superna ma-
gni Patria familiis anno 1670. cum expedita de-
rogatione omnium privilegiorum, & confidetur
in contrarium, declaravit, Religiosi, ab
Episcopo ad confessiones secularium audiendas ap-
probatis, non posse, in alia Diœcesi, eis abque
Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis
pontifices jubidi sunt ejus Episcopi, à quibus Re-
ligiosi jam fuerant approbati. In quo poltremo Re-
ligiosi approbati differunt a Parochiis, qui Paro-
chianorum suorum confessiones in aliena Paro-
chia & Diœcesi audire possunt; et quod ordinarii
in illos autoritatem habeant, quam ubique
exercere possunt, quoad ea quae sunt ab eis cre-
pita iudicii.

^{4°.} Congregatio Concilii, ante novissimas illas
declarations, die 6. Junii 1608. declaraverat, tam
Seculares, quam Regularis, in una Diœcesi appro-
bato, ad audiendas personarum secularium con-
fessiones, non posse in alia eadem confessiones audire,
abque Episcopi Diœcesani approbatione, ut videlicet
et apud Barbofam p. 2. de offic. & potest Episc.
allegat. 25. §. 32.

^{5°.} idipsum adhuc diu ante declaratum erat
in Clemencie dudum de sculturis, quod hoc
nunquam revocata, sed (ut videtur) à Sede
Apostolica sepius confirmata, & innovata. Ibi
enim si habetur: *Provinciales... Ordinum Pa-
dicatorum eligere studeant personas sufficientes, ido-
neas, vita probatis, diligentes, modestas, atque pe-
ritas, ad tam salubre ministerium, & officium
exequendum. Quas sic ab ipsis electas representent.*
Prælati, ut de eorum licentia, gratia, & bene-
placito, in... Diœcessibus eorumdem, huiusmodi
personæ sic electæ confessiones confiteri iobi voluntum
auant... extra Civitates & Diœceses, in quibus
fuerint deputate, confessiones nullatenus auditura.

C A P U T C C X X X .

*Ad audiendas secularium confessiones, non suf-
ficit approbatio obiecta ab Episcopo pa-
rentis; sed necessaria est approbatio obiecta ab
Episcopo loci, ubi audienda est confessio.*

Sic pro certo sentio cum sapiissimo Patre
Nostro Lanzana to. 1. qq. regular. c. 19. n. 19.
contra Magistrum meum Bonaventuram Spei. poenit.
disp. 11. n. 25. Et sic pro certo sentio debent con-
veni, postquam Clemens X. sic expedita declar-
avit in citata Constitut. superni, prout n. 2714. vidi-
mus.

C A P U T C C X X I .

*Ad audiendas secularium confessiones, necesse
est approbatio obiecta: non sufficit peti-
ta, & injunctio negata.*

Sic etiam pro certo sentire debent omnes. Tum
quia Tridentinum expedita dicit, approbationem
obicit. Tum quia Alexander VII. damnavit
hanc propositionem 13. inter 45. satisfacti pre-
cepto annue confessionis, qui constitutus Regulari,
Episcopo praesentato, sed ab eo injuncte reprobato.

C A P U T C C X X I I .

*Regularis approbatus ad tempus limitatum, ex
elapsa, confessiones sine nova approbatione
audire nequit, sive iuste, sive injuste fuerit
limitatus.*

A Perit sequitur ex dictis capite precedentibus. E^r 2714
lapsu quippe tempore, ad quod limitatus fu-
rit constitutus